Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

petrus in medio fratrum dixit: Erat autem tur
ba omnium simul fere centum viginti. Viri
fratres: oportet impleri scripturam quam pre
dixit spiritus sanctus p os dauid de iuda: qui fuit
dux eorum qui comprehenderunt ihm: qui con
numeratus erat in nobis: et sortitus est sortem
ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum
de mercede iniquitatis. et suspensus crepuit me
dius: et diffusa sunt omnia uiscera eius. Et no
tum factum est omnibus hitantibus in ierlm:
ita ut appellaretur ager ille lingua eorum achel
demach: hoc est ager sanguinis. Scriptum est e
nim in libro psalmorum: fiat commemoracio ei
deserta: et non sit qui hitet in ea. et epatum eius
accipiat alter. Oportet g ex his uiris qui nobis
cum sunt congregati in omni tempe quo intra
uit et exiuit inter nos dominus iesus: incipies
a baptismate iohannis usq in diem qua assump
tus est a nobis: testem resurrectionis eius nobis
cum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos
ioseph qui uocabatur barsabas: qui cognomi
natus est iustus: et machiam: et orantes dixerit:
Tu domine qui corda nosti omnium: ostende
quem elegeris ex his duobus vnum accipe lo
cum ministerij huius et aplatus de quo preua
ricatus est iudas: ut abiret in locu suum. Et de